

erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sic
sol. in regno patris eorum. qui habet aures audiendi audiat.
Simile est regnum celorum. thesauro abscondito in agro.
quemqui inuenit homo abscondit. et pregaudio illius ua
dit et uendit uniuersa que habuit et emit agrum illu.
Iterum simile est regnu celor. homini negociatori. que
renti bonas margaritas. inuenta aut una preciosa mar
garita abiit & uendidit oma que habuit et emit eam.
Iteru simile est regnu celoru sagene misse in mare et ex
omi genere piscium congregatu. qua cum impleta ees
educentes. et sedentes elegerunt bonos in uasa
malos aut foras miserunt. Sic erit in consumatione scli.
Exibunt angli. et separabunt malos de medio iustoru.
et mittent eos in caminu ignis. ibi erit fletus & stridor
dentiu. Intellexistis hec oia. Dicunt ei. etiam. Ait
illis. Ideo omis scriba doctus in regno celoru. similis
est homini patrifamilias. qui profert de thesauro suo no
ua et uetera. Et factum est cum consummasset ihs para
bolas istas. transiit inde.

Et uenit in patriam suam. docebat eos in sinagogis eorum.
ita ut mirarentur et dicerent. Unde huic sapientia hec
et uirtutes. Nonne hic est fabri filius. nonne mat eius
dicit maria & frs eius iacob. & ioseph. & sy mon & iudas.
& sorores. nonne omes apud nos sunt. Unde ergo huic oia
ista. Et scandalizabantur in eo.

Ihs aut dixit eis. Non est pphta sine honore. nisi in patria
sua. & in domo sua. Et non fecit ibi uirtutes multas ppter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Trierer DOM
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0059